Nr. 4398.

CURRENDA XVII.

A. D. 1874.

Decretum S. Congregationis Indulgentiarum Urbis et Orbis.

Cum sancta sit ac salubris pro defunctis exorandi cogitatio, ut ab eorum solvantur peccatis, ad excitandos erga eos militantis Ecclesiae fideles Romanorum Pontificum Apostolica sollicitudo numquam defuit in elargiendis de ipsius Ecclesiae thesauro pene innumeris Indulgentiis, animabus praesertim in Purgatorio detentis applicabilibus tam in quarundam Orationum recitatione, quam in nonnullis piis operibus peragendis, ut citius, e piacularibus flammis solutae, ad supernorum civium societatem evolarent. Ut maximum autem eisdem animabus procuraretur solatium, sedente Benedicto XIII. felic rec. pia quaedam devotio, quam Votum, seu Oblationem appellant, a P. D. Gaspare Oliden ex Clericorum Regularium Theatinorum familia fuit instituta, aut saltem per Catholicum Orbem propagata, per quam Christifideles ipsam amplectentes omnia propria meritoria opera, dum in terris morantur, ac singula eorum suffragia, cum ex hac vita decesserint, defunctis fidelibus singulari pietate offerunt, atque in eorum cedunt utilitatem, idemque praelaudatus Pontifex Benedictus XIII omnibus hanc oblationem emittentibus peculiares elargitus est Indulgentias, quas rursus postulante eorumdem Theatinorum Praeposito Generali die 12 Decembris 1788 Summus Pontifex Pius VI sua auctoritate confirmavit, et in Audientia 30. Septembris 1852 Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX instantibus nonnullis Ecclesiasticis viris non modo eas iterum confirmavit, verum etiam voluit eas, ut infra, declarare.

1. Quod Sacerdotes ipsam oblationem profitentes Indulto Altaris Privilegiati personalis gaudere possint singulis anni diebus.

2. Quod omnes Christifideles, qui idem votum, seu oblationem emittunt, Indulgentiam Plenariam fidelibus tantum defunctis applicabilem lucrari queant quocumque die ad Sacram Communionem accesserint, et qualibet anni feria secunda Sacrum Missae Sacrificium in suffragium eorumdem defunctorum fidelium audierint, dummodo in utroque casu aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.

3. Quod ipsis Christifidelibus omnes et singulas Indulgentias quocumque modo concessas, vel in posterum concedendas, quas lucrari possunt, animabus pariter defunctorum applicare liceat.

4. Quod ut magis ac magis animabus piacularibus flammis addictis perenne tribuatur auxilium ad universi Orbis Christifideles dictam oblationem exsolventes, quatenus opus sit hoc Indultum extensum habeatur.

Praeterea Eadem Sanctitas Sua prae oculis habens tum adolescentes nondum ad Sacram Communionem accedentes, tum vero infirmos, senes, villicos, in carceribus detentos, caeterosque fideles, qui aut ad sacram Synaxim accedere, aut in feria secunda Sacrum Missae Sacrificium audire nequeunt, in Audientia diei 20 Novembris labentis anni clementer indulsit, ut omnibus et singulis Christifidelibus, qui legitimo impedimento nequeunt Sacrum audire in feria secunda, pro acquisitione supraenunciatae Indulgentiae, in qualibet secunda feria, ut supra, concessae suffragetur Missa quam die Dominico ex praecepto audire tenentur; pro omnibus et singulis vero fidelibus, qui aut nondum Sacrae Eucharistiae sumendae capaces, aut legitima alia ratione hoc Sacramentum sumere nequeunt, benigne remisit facultatem arbitrio respectivi pro tempore Ordinarii Locorum subdelegandi Confessarios ex approbatis pro opportuna Communionis in aliis piis operibus commutatione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Præsenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulg. die 20 Novembris 1854.

F. Card. ASQUINIUS, Praef.

A. COLOMBO, Secr.

Decretum Sacrae Congregationis Concilii de Helveticorum atque Italorum quorumdam usurpatione proprios sibi eligendi animarum curatores.

Actuosi iniquarum sectarum asseclae, qui ubique fere rerum potiti omnem pervertere ordinem, ipsaque Constitutionis Ecclesiae Christi fundamenta suffodere conantur, etiam in catholica Italia plebes commovere audent, ut imitantes nefarium quorundam Helveticorum exemplum, jus eligendi proprios animarum curatores sibi audacter usurpent. Nec, quod deterius est, defuit inter aliquos perditissimos ecclesiasticos viros, qui munus parochiale tam perverse sibi delatum suscipere, atque etiam obire impudenter praesumpserit. Detestabile sane facinus, quod Ecclesiasticam Hierarchiam evertit funditusque pessumdat: siquidem docendus est populus, inqnit Caelestinus Papa, non sequendus, nosque, si nesciunt, eos quid liceat, quidve non liceat commonere, non his consensum praebere debemus [1]). Temerarius proinde ausus contra statuta Sanctorum Patrum, crimen tam ambitionis, quam inobedientiae, ex quo, subdit Gregorius VII, plurimas perturbationes in Ecclesia (imo ruinam sanctae religionis) oriri, ex quibus christiana religio conculcatur [2]). Nil propterea mirum quod SS. Canones tantum nefas perpetuo reprobaverint, ac gravissimis pœnis devoverint. Praelaudatus namque Gregorius VII [3]), Paschalis II [4]), Alexander II [5]) et Concilium Lateranense sub Alexandro III celebratum [6]) solemniter decreverunt, investituram

[1]) Can. Docendus 2 dist. 63.

[2]) Can. Si quis deinceps 12 et Can. Quoniam 13 Caus. 16. q. 7.

[3]) Can. Si quis deinceps 12 Can. Quoniam 13 Can. Si quis Episcopus 14 Caus. 16 q. 7.

[4]) Can. Si quis Clericis 16 Can. Constitutiones 17 Can. Nullus 18 Can. Sicut 19 Caus. 16 q. 7.

[5]) Can. Per laicos 20 Caus. 16 q. 7.

[6]) Cap. Praeterea 4 de jurepatr.

Ecclesiae per manus laicorum susceptam irritam esse, et Clericos Ecclesias taliter recipientes ab introitu Ecclesiae interdici, excommunicatione mulctari, et, si in scelere perstiterint, a ministerio ecclesiastico deponi debere. Quin imo scelus hujusmodi eam praeterea redolet nequissimam jurisdictionis, bonorum ac jurium Ecclesiae usurpationem, quam Concilium Tridentinum [1]) anathemati tamdiu subjecit, quamdiu usurpatio cessaret, ac Constitutio Apostolicae Sedis IV. Id Octobris 1869 [2]) obnoxiam declaravit excommunicationi latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae. Cum tamen tot saluberrimae SS. Canonum sanctiones haud fregerint audaciam ab nequitiam novatorum, ne in superioribus Italiae regionibus illud ipsum patraretur nefas, quod in proxima Helvetia nuper fuerat Apostolica Auctoritate disjectum, SSmus D. N. Pius Papa IX, prae maxima qua flagrat erga omnes oves sollicitudine et charitate, mandavit huic Sac. Congregationi Concilii, eidem malo eadem occurrendum esse medela: ideoque jussit Ecclesiasticis Provinciis Venetae ac Mediolanensi, singulisque Dioecesibus Patriarchali ac Metropolitanae jurisdictioni subjectis applicari atque inculcari; prout praesenti Decreto reapse applicantur atque inculcantur, ea omnia, quae pro Helvetica foederatione, quoad popularem Parochorum electionem, sapientissime constituta sunt in nuperrimis Litteris Encyclicis diei 21. Novembris 1873; adeo ut quicumque in praememoratis Dioecesibus, suffragante populo, ad Parochi sive Vicarii officium electi audeant sive Ecclesiae, sive jurium ac bonorum praetensam possessionem arripere, atque obire munia ecclesiastici ministerii, ipso facto incurrant in excommunicationem majorem peculiariter reservatam S. Sedi, aliasque poenas canonicas, iidemque omnes fugiendi sint a fidelibus juxta divinum monitum, tamquam alieni aut fures, qui non veniunt, nisi ut furentur, mactent et perdant. Ita porro eadem Sac. Congregatio Concilii statuit ac decrevit, et ab omnibus servari mandavit, sublatis exemptionibus ac privilegiis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae ex S. C. Concilii die 23. Maji 1874.

P. Card. CATERINI, Praefectus.

PETRUS, Archiep. SARDIAN., Secretarius.

Decretum S. Congregationis Concilii.
Monacen. Super Eleemosyna Missarum.

Reverendissimus Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis Sacratissimum Principem supplici libello (ddto. 30. Maji 1873) adivit haec exponens: „Beatissime Pater, in hac mea Archidioecesi Monacen. et Frisingen., sicuti etiam in caeteris Regni Bavariae Dioecesibus, Parochorum reditus a civili Magistratu collatis cum Ordinariatu consiliis computantur et constituuntur. In iis etiam Missarum fundationes singularum parochiarum propriae et publicae functiones occasione exequiarum vel benedictionis matrimoniorum peragendae numerantur, et quidem pro his Missis seu fundatis seu casualibus certa stipendia ordinario

[1]) Sess. 22 cap. 11 de Reform.

[2]) Part. I. §. 11.

majora parocho assignantur, quae inde stipendia proprie partem integralem beneficii parochialis constituunt. Nam proventus ex his fundationibus vel functionibus prodeuntes parocho non ex solo titulo Missae persolvendae, sed etiam respectu ceterorum officiorum parochiali beneficio inhaerentium assignati sunt. Bene notandum; Missas adventitias a Fidelibus expetitas, pro quibus ordinarium stipendium solvitur, nunquam istis supradictis Missis annumerari.

Haud raro autem evenit, ut parochi, quibus istac Missae modo praedicto assignatae sunt in partem salarii parochialis, ob causas legitime excusantes impediantur, quominus ipsi easdem persolvant.

Quaeritur igitur, utrum Sacerdotes parochi impediti celebrationem harum Missarum alteri Sacerdoti sic tradere debeant, ut totum stipendium ut supra constitutum pro celebratione talium Missarum solvant, an potius sufficiat ordinarium vel aliquanto majus ex g. pro cantata Missa, ab Ordinario statuendum, ita ut quae supersint ab ipsis parochis, quibus Missae eaedem in partem redituum assignatae sunt, tuta conscientia retineri possint. ?

In his quidem regionibus usus fere generalis et antiquus invenitur, ut parochi, quibus ista stipendia majora etiam in publicis tabulis censualibus attributa inveniuntur, legitime impediti Sacerdotibus coadjutoribus vel aliis beneficiatis ordinarium pro ratione Missae vel cantatae vel lectae stipendium solvant . . . Cum tamen aliqui dubitent, ut supradicta quaestio Tuo Supremo Judicio definiatur, vehementer desidero.

Quod si hujus regionis usus rejiciendus fuerit, quod vix timeo, supplicare audeo, ut mihi gratiose concedatur facultas, singulis Parochis licentiam impertiendi, si eadem indigere videantur, retinendi in dictis casibus, quae legitimum et ordinarium substituto Sacerdoti exsolvendum stipendium excedunt."

Hujusmodi supplicatione accepta, statim decretum edidi sub die 30. mensis Junii 1873 „Per Summaria precum" In hodiernis autem Comitiis EE. VV. proponitur quaestio.

Die 25. Julii 1874. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, attendo quod eleemosynae Missarum, de quibus in precibus, pro parte locum teneant Congruae Parochialis licitum esse censet Parocho, si per se satisfacere non possit, eas Missas alteri Sacerdoti committere, attributa eleemosyna ordinaria loci sive pro Missis lectis sive cantatis.

P. Card. Caterini, Praefectus.

P. Archiepiscopus Sardianus, Secretarius.

Dokończenie wylosowanych obligacyj, których ogłoszenie rozpoczęte w Kur. XVI. r. 1874.

C) funduszu indemnizecyjnego Galicyi wschodniéj:

(XXXIV. Losowanie.)

na **50** złr. z kuponami: Nr. 58, 140, 560, 874, 1.092, 1.188, 1.375. 1.603, 1.664, 1.950, 1.984, 2.108, 2.465, 2.772, 2.789, 3.232, 3.625, 3.638, 3.653, 4.023, 4.073,

4.107, 4.155, 4.247, 4.371, 4.435, 4.664, 5.115, 5.239, 5.410, 5.463, 5.769, 5.961, 5.975, 6.030, 6.058, 6.072, 6.083, 6.123, 6.339, 6.372, 6.378;

na **100** złr. z kuponami: Nr. 86, 186, 254, 288, 391, 532, 708, 719, 741, 836, 948, 1.034, 1.094, 1.116, 1.211, 1.213, 1.271, 1.615, 1.708, 2.041, 2.053, 2.363. 2.656, 2.684, 2.812, 3.047, 3.167, 3.179, 3.193, 3.215, 3.428, 3.638, 3.935, 4.012, 4.077, 4.427, 4.912, 5.192, 5.273, 5.320, 5.447, 5.476, 5.652, 5.790, 5.800, 6.141, 6.180, 6.219, 6.221, 6.288, 6.348, 6.428, 6.558, 6.797, 6.863, 6.865, 6.906, 7.141, 7.183, 7.216, 7.279, 7.351, 7.470, 7.500, 7.571, 7.771, 7.792, 7.847, 8.062, 8.186, 8.318, 8.468, 8.757, 9.013, 9.286, 9.719, 9.766, 9.778, 9.804, 9.935, 10.054, 10.094, 10.398, 10.451, 10.470, 10.484, 10.548, 10.628, 10.639, 10.816, 10.859, 10.972, 11.124, 11.153, 11.349, 11.469, 11.500, 11.639, 11.697, 11.810, 12.096, 12.204, 12.257, 12.333, 12.481, 12.670, 12.814, 13.013, 13.054, 13.055, 13.167, 13.382, 13.494, 13.510, 13.660, 13.679, 13.723, 13.886, 14.050, 14.058, 14.112, 14.167, 14.182, 14.190, 14.212, 14.237, 14.298, 14.379, 15.522, 14.821, 14.850, 14.962, 15.333, 16.070, 16.186, 16.481, 16.492. 16.665, 16.715, 16.769, 16.964, 16.988, 16.989, 17.174, 17.727, 17.820, 17.883, 18.119, 18.250, 18.311, 18.347, 18.752, 18.628, 18.896, 18.978, 19.601, 19.954, 20.082, 20.094, 20.368, 20.480, 20.616, 20.682, 20.703, 20.781, 20.851, 20.933, 21.103, 21.177, 21.203, 21.224, 21.415, 21.545, 21.614, 21.672, 21.682, 21.757, 21.854, 21.991. 22.192, 22.235, 22.456, 22.746, 23.002, 23.272, 23.650, 23,655, 23.669, 23.787, 23.960, 24.041, 24.094, 24.127, 25.290, 25.427, 25.480, 25.555, 25.656, 25.728, 26.177, 26.244, 26.290. 26.302, 26.431, 26.559, 26.592, 26.604, 26.711, 27.021, 27.103, 27.354, 27.484, 27.858, 28.069, 28.525, 28.601, 28.660, 28.751, 28.790, 28.889, 29.074, 29.206, 29.752, 29.894, 30.186, 30.356, 30.382, 30.438, 30.484, 30.638, 30.956, 30.959, 31.028, 31.043, 31.288. 31,412, 31.715, 31.938, 32.409, 32.547, 32.611, 32.697, 32.828, 32.918, 32.932, 33.091, 33.121, 33.134, 33.286, 33.553, 33.612, 33.837, 33.931, 34.242, 34.286, 34.646, 34.741, 34.843, 34.845, 35.042, 35.210, 35.368, 35.905, 35.976, 36.159, 36.396, 36.399. 36.403, 36.676, 36.785, 36.857, 36.862, 36.886, 37.005, 37.057, 37.109, 37.400, 37.650, 37.850, 37.911, 37.926, 37.972, 37.980, 37.991, 38.013, 38.042, 38.103, 38.221, 38.229, 38.337, 38.549, 38.627, 38.692, 38.824, 38.896, 38.958, 39.050, 39.071, 39.101, 39.385, 39.472, 39.485, 39.615, 39.746, 39.886, 39.991, 40.291, 40.385, 40.397, 40.531, 40.602, 40.822, 41.013, 41.290, 41.390, 41.599, 41.638, 41.853, 42.145, 42.208, 42.233, 42.396, 42.524, 42.571, 42.688, 42.701, 42.815, 42.867, 42.911, 43.198, 43.460, 43.484, 43.660, 43.945, 44,136, 44.150, 44.276, 44.515, 44.532, 44.711, 44.977. 45.112, 45.201, 45.259, 45.484, 45.510, 45.838, 45.888, 46.036,

na **500** złr. z kuponami: Nr. 156, 199, 260, 274, 288, 467, 832, 979, 1.007, 1.181, 1.207, 1.279, 1.540, 1.586, 1.616, 1.686, 1.736, 1.793, 2.023, 2.116, 2.233, 2.292, 2.460, 2.776, 2.951, 3.069, 3.140, 3.159, 3.168, 3.222, 3.660, 3.774, 3.885, 4.106, 4.375. 4.515, 4.752, 4.808, 4.833, 4.875, 4.885, 4.967, 4.972, 5.058, 5.062, 5,119, 5.200, 5.513, 5.955, 6.019, 6.461, 6.630, 6.787, 6.836, 6.842, 6.872, 6.888,

7.106, 7.272, 7.324, 7.345, 7.629, 7.787, 7.911, 7.936, 7.951, 8.003, 8.008, 8.035, 8.377, 8.417, 8.538, 8.679, 8.950, 9.042, 9.476, 9.787, 9.875. 9.898.

na **1.000** złr. z kuponami: Nr. 94, 125, 370, 374, 732, 890, 1.126, 1.326, 1.434, 1.480, 1.546, 1.842, 1.974, 1.990, 2.055, 2.229, 2.230, 2.347, 2.365, 2.481, 2.704, 2.741, 2.934, 3.013, 3.337. 3.414, 3.444, 3.513, 3.516, 3.658, 2.715, 3.816, 3.923, 3.962, 4.289, 4.441, 4.879, 4.886, 4.977, 5.005, 5.140, 5.254, 5.658, 6.284, 6.300, 6.378, 6.487, 6.660, 6.745, 6.761, 7.594, 7.884, 8.183, 8.242, 8.256, 8.345, 8.538, 8.601, 8.612, 8.625, 8.642, 8.773, 8.973, 9.011, 9.101, 9.346, 9.490, 9.544, 9.582, 9.664, 10.388, 10.579, 10.594, 10.833, 11.183, 11.188, 11.237, 11.484, 11.881, 11.925, 11.947, 11.997, 12.097, 12.104, 12.188, 12.205, 12.317, 12.674, 12.694, 12.806, 12.808, 13.028, 13.145, 13.190, 13.235, 13.274, 13.608, 13.769, 13.875, 14.134, 14.137, 14.190, 14.228, 14.251, 14.357, 14.491, 14.548, 14.744, 14.887, 15.012, 15.015, 15.078, 15.121, 15.324, 15.604, 15.606, 15.661, 15.689, 15.840, 15.872, 16.019, 16.458, 16.724, 17.104, 17.106, 17.392, 17.497, 18.027, 18.032, 18.110, 18.297, 18.421, 18.474, 18.483, 18.643, 18.909, 18.932, 18.979, 19.032, 19.056, 19.073, 19.111, 19.266, 19.401, 19.502, 19.775, 19.899, 19.984, 20.079, 20.080, 20.211, 20.546, 20.628, 20.782, 21.076, 21.077, 21.094, 21.283, 21.303, 21.493, 21.610, 21.643, 21.787, 22.026, 22.075, 22.230, 22.355, 22.426, 22.576, 22.662, 22.668, 22.700, 22.753, 22.774. 22.910, 23.295, 23.412, 23.987, 24.198, 24.350, 24.466, 24.503, 24.611, 24.742, 25.040, 25.062, 25.166, 25.227, 25.348, 25.350, 25.360, 25.721, 25.875, 25.950, 25.986, 26.041, 26.288, 26.412, 26.494, 26.636, 26.699, 27.146, 27.167, 27.274, 27.447. 27.621, 27.695, 27.700, 28.135, 28.311, 28.416, 28.453, 28.753, 28.932, 28.947, 29.135, 29.167 29.234, 29.388, 29.593, 29.788, 29.845, 29.874, 30.022.

na **5.000** złr. z kuponami: Nr. 7, 123, 186, 195, 333, 842, 1.012, 1.526, 1.551,

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 50. 317, 322, 622, 1.193, 1.714.

i Lit. **A**. Nr. 601 na 50 złr. Nr. 745 na 50 złr. Nr. 978 na 170 złr. Nr. 1.117 na 1.100 złr. Nr. 1.350 na 970 złr. Nr. 2.030 na 100 złr. Nr. 2.406 na 830 złr. Nr. 2.509 na 9.040 złr. Nr. 4.178 na 17.130 złr. Nr. 4.460 na 900 złr. Nr. 5.774. na 300 złr. Nr. 6.218 na 200 złr. Nr. 6.584 na 50 złr. Nr. 6.950 na 200 złr. Nr. 6.997 na 200 złr. Nr. 7.285 na 200 złr. Nr. 7.583 na 1.000 złr. Nr. 7.613 na 1.000 złr. Nr. 7.744 na 150 złr. Nr. 7.905 na 200 złr. Nr. 7.962 na 800 złr. Nr. 7.989 na 150 złr. Nr. 8.019 na 250 złr. Nr. 8.399 na 150 złr. Nr. 8.422. na 150 złr. Nr. 8.938 na 1.700 złr. Nr. 9.126 na 10.000 złr. Nr. 9.128 na 10.000 złr. 9.251 na 3.000 złr. Nr. 9.394 na 1.200 złr. Nr. 9.431 na 150 złr. Nr. 9.770 na 8.630 złr. Nr. 9.809 na 50 złr. Nr. 10.022 na 50 złr. Nr. 10.035 na 300 złr. Nr. 10.169 na 400 złr. Nr. 10.176 na 200 złr. Nr. 10.351 na 700 złr. Nr. 10.352 na 200 złr. Nr. 10.483 na 200 złr. Nr. 10.653 na 9.350 złr. Nr. 10.736 na 100 złr. Nr. 10.864, na 50 złr. Nr. 10.944 na 200 złr. Nr. 10.965 na 300 złr. 10.984 na 10.000 złr. Nr. 11.071 na 200 złr. Nr. 11.195 na 50 złr. i Nr. 2.965 na 34.000 z częściową kwotą 33.130 złr.

Nr. 4222.

W związku z ogłoszonem w kurendzie XX. i XXI. z r. 1873 str. 161. rozporządzeniem c. k. Namiestnictwa z roku 1873 do L. 37032 do Najprzewielebniejszego Konsystorza Metropolitalnego obrz. łac. we Lwowie, podajemy następnie do wiadomości Wielebn. Duchowieństwa dyecezalnego wyciąg z Instrukcyi dla c. k. urzędów podatkowych co do postępowania kasowego, w myśl rozporządzenia c. k. Namiestnictwa z dnia 13. listop. 1874 do L. 41061 poniżej umieszczonego.

Wyciąg

z instrukcyi dla c. k. urzędów podatkowych, co do postępowania kasowego, przy wykonywaniu ustawy krajowej z dnia 27. maja 1873 L. 253 (dz. ust. i rozp. kraj. część XXIX. ex 1873) dotyczącej wykupu robocizny, prawa mlewa, poboru mesznego, skopczyzny, proskurnego itp. świadczeń jako też danin, uiszczanych w naturaliach i pieniądzach klasztorom, kościołom i plebanom, a polegających na osobnych od dziesięciny nie zawisłych tytułach.

§. 11. Wszystkie spłacone w ciągu jednego roku raty kapitałów wykupnych, zestawione według abecadłowego porządku uprawionych, za spisami według wzoru D, należy w styczniu bezpośrednio następnego roku, odsyłać pocztą w gotówce, bezpośrednio do dotyczących konsystorzy z dwoma okazami spisów.

Jeden okaz spisu pozostanie w konsystorzu, a drugi potwierdzony przez konsystorz co do odbioru przesłanej gotówki, mającej służyć zarazem za pokwitowanie, należy po zwróceniu go z konsystorza załączyć do dotyczącego **dziennika kasowego** jako dowód wydatku, pokrytego tymczasem odnośnym recepisem pocztowym.

§. 12. Równocześnie z przesyłką gotówki do konsystorza należy przedłożyć c. k. Namiestnictwu trzeci okaz spisu wspomnianego w §. 11.

§ 13. Spłacone w ciągu jednego roku 5% odsetki zwykłe, i 6% odsetki zwłoki, należy wypłacać w styczniu bezpośrednio następnego roku, dotyczącemu uprawnionemu za stemplowanym kwitem, zatwierdzonym przez c. k. Starostę, lub jego zastępcę, jednak tylko o tyle, i za taki czas, za jaki c. k. Starostwo, ze względu na możebne interkalaryum kwit dotyczący zatwierdzi.

Spis

Wzór D.

rat kapitałów wykupna ciężarów świadczeń i danin, spłaconych w ciągu roku słonecznego 18 przez obowiązanych na rzecz wymienionych poniżej uprawnionych z mocy ustawy krajowej z dnia 27. maja 1873 L. 253 a odesłanych do Przewielebnego Konsystorza obrz. kat. w w celu korzystnego umieszczenia.

L. porz.	Na rzecz uprawnionego	spłacone		Wal. austr.		UWAGA
		przez obowiązanego	za wykupione prawo poboru	pojedynczo	razem	

C. k. Namiestnik. L. 41061. Przewielebnemu Konsystorzowi w Tarnowie.

Odnośnie do rozporządzenia tutejszego z dnia 18. listopada 1873. L. 37032. do wiadomości i zawiadomienia duchowieństwa. Zechce przytem Przewielebny Konsystorz o każdem korzystnem umieszczeniu otrzymanych kapitałów donosić c. k. Namiestnictwu osobnemi sprawozdaniami względnie każdej parochii lub klasztoru, i przedkładać odnośne rewersa uprawnionych.

Z daniem c. k. Namiestnictwa byłoby najkorzystniej aby otrzymywane roczne spłaty kapitałów wykupna dla pojedynczych uprawnionych, o ile nie wystarcza od razu na zakupno obligacyi lub listów zastawnych, umieszczać w kasach oszczędności, a dopiero, gdy się zbierze dostateczna suma zakupywać papiery wartościowe.

Lwów dnia 13. listopada 1874.

W zastępstwie **Eckhard.**

L 4397.

W Wydawnictwie dzieł katolickich Dr. Władysława Miłkowskiego w Krakowie wyszła książeczka zawierająca modlitwy do Najśw. Maryi Panny Św. Alfonsa Liguori'ego na każdy dzień tygodnia, godna polecenia i rozpowszechnienia pomiędzy ludem. Jeden egzemplarz kosztuje 6 centów, zaś

dla biorących na raz jeden	100 egzemplarzy	kosztuje	5 złr.	czyli po	5 ct.
	500 „	„	20 „	„ „	4 „
	1000 „	„	35 „	„ „	3½ „

Przesyłka odbędzie się kosztem wydawcy dla tych księży, którzy z żądaniami swemi udadzą się wprost do Wydawnictwa Rynek 30. Kraków.

Z Konsystorza Biskupiego, Tarnów 1. grudnia 1874.

L. 4180.

Z dzisiejszą kurendą załącza się zaproszenie do przedpłaty na nauki Katechizmowe X. Krukowskiego proboszcza w Błażowy dyecezyi przemyskiej.

Z Konsystorza biskupiego, Tarnów 10. grudnia 1874.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 17. Decembris 1874.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1874. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.